

cel; sub diva, id est sub aere lucet; volentibus eum incidere et sculpero contra stat; calefactus radiis solis vel digitorum fricatu paleas ad se trahit. Per hoc notantur illi qui suam bonitatem celant, et bona opera in absconso faciunt, sed jejunium, eleemosynas et his similia juxta illud: *Tu autem cum jejunas, etc. (Matth. vi, 27.)* Cum autem foras inter homines exire coguntur, tunc apparet eorum bonitas et lucent; et si quis eis voluerit adulari vel laudes dare, quod est quasi sculpero vel pingere, non illorum vanas laudes recipiunt, sed fortiter resistunt, eis non acquiescendo, sed radio veri solis afflati, id est Christi vel digitis, id est donis Spiritus sancti tractati et calefacti, verbo suæ prædicationis suæque bonitatis exemplo, paleas, id est, peccatores ad se trahunt, et sibi consociant, et in bonis operibus eos perseverare monent.

§ IV. Smaragdus nimis viriditatis est. Omnes gemmas et herbas sua viriditate vincit. In arida et inhabitabili nascitur tantum. Præ frigore non ibi habitant nisi gryphes quæ sunt bestie leonibus similes, et habent alas æquilis similes, et monoculi; asinaspi qui cum his dimicant. Per gemmam, id est smaragdum **1682** eos nominamus qui viridiores sunt in fide omnibus, et superant infideles fidei viriditate, qui frigidi et aridi sunt in charitate, quam non habent. Gryphes qui eos servant, demones significant qui hominibus invident fidem habentibus, quæ est pretiosa margarita, et gemma, et cum eis auferre conantur. Qui recte gryphibus assimilantur, quasi terrestres feræ et volucres, qui demersi sunt in infernum pro suis meritis, et volantes per superbiam quasi alites e cælo lapsi sunt. Contra eos dimicant monoculi, id est, illi qui non ambulant duabus viis, nec habent duplex cor, nec duobus dominis serviunt, sed semper suam intentionem et gemmam fidei, quam demones ab eis extorquere volunt, possident, eos superando, Dei auxilio.

§ V. Sardonyx tres habet colores; subtus est niger, in medio candidus, desuper rubeus. Et eos figurat qui in corde suo sustineat pœnas passionis pro nomine Christi, et intus in anima sunt candidi, id est, absque hypocrisi, si tamen ipsi sibi sint despecti et quasi nigri videantur sibi, id est peccatores.

§ VI. Sardius est totus rubeus; significat martyres sanguinem suum pro Christo fundentes.

§ VII. Chrysolithus fulget quasi aurum et emittit

de se scintillas ardentes: figurat sapientes et charitativos qui quod sciunt aliis in opere et sermone ostendunt. χρυσοῦς chrysoos aurum dicitur, et per aurum sapientia et charitas intelligitur, quæ perfectior est omnibus virtutibus, sicut aurum perfectius est omni metallo.

§ VIII. Beryllus luces quasi aqua solo percussa, et calefacit manum tenentis. Notat eos qui sunt fragiles, sed percussi radio et gratia veri solis, id est Christi, lucent bonis operibus, et calefaciunt eos qui **1683** cum eis conversantur calore charitatis et exemplo bonæ vitæ.

§ IX. Topazius raro invenitur, et ideo charior habetur; duos habet colores, unum sicut aurum, et alterum clariorem. Charitate omnes superat gemmas, et nulla res pulchrior est ad videndum. Significat eos qui Deum et proximum diligunt. Qui autem proximum diligunt, sicut aurum fulgent, et a sordibus hujus sæculi purgati, et semper cœlestibus intendentes, clariiores et pulchriores efficiuntur.

§ X. Chrysoprasus est purpureus interguttatus guttis aureis: eos significat qui semper in tribulatione et labore passionum vitam suam agunt, semper manendo in charitate.

§ XI. Jacinthus mutat colorem suum cum facie cœli, si cœlum est clarum, ille luces, si est obscurum, non luces. Significat eos qui cum sapientibus sensu contendunt, ut secundum modum auditorum se aptent sicut dicit Apostolus: *Sapientiam loquimur inter perfectos (I Cor. ii, 6).* Ad eos qui parum sciebant dicebat: *Non potui tanquam spiritualibus escam dare, sed quasi carnalibus lac vobis dedi potum, non escam (I Cor. ix, 22).* Iste Apostolus Jacinthus fuit, et illa (se) contempnabat omnibus ut omnia esset omnibus sic dicens: *Omnia factus sum omnibus ut omnes lucrificarem (I Cor. ix, 22).*

§ XII. Amethystus est totus rubeus, et quasdam roseas flammulas de se emittit. Figurat eos qui tormenta passionis, quæ pro Deo sustinent, tanquam flammam charitatis ex se emittunt, orantes pro eis qui eos occidunt; et plus de peccatis eorum dolent, qui eis mala faciunt, quam de hoc quod patiuntur. Et bene extremus ponitur, quia significat eos qui pro inimicis orant. Nam virtus virtutum est orare pro persecutoribus. Et pauci inveniuntur hoc fecisse: sed tamen inveniuntur duo in Veteri Testamento, scilicet Moyses et Samuel, et duo in Novo, Dominus Christus et Stephanus inveniuntur.

ITEM EJUSDEM DE LAFIDUM NATURIS.

(Ex eod. ms. Nusquam editus.)

1684 Jaspis contra fulgura et tonitrua se habentibus valet.

Chalcedonius lapis sanctificatus et circumligatus lunaticos curat. Preterea qui portat eum, nunquam

mergetur, neque vexabitur. Pulchrum quoque facit A gestantem et fidelem et potentem, et omnia perficientem. Sculpere oportet Martem armatum et virginem stolatam vestecircumfusam tenentem laurum perpetua consecratione.

Aristoteles in lib. de Lapidibus ait: «Smaragdus suspensus in collo vel portatus in digito defendit a casu epilepsiæ suspecto.» Unde mandamus nobilibus ut semper collo filiorum suorum suspendatur, ne in hanc infirmitatem incidant. Smaragdus ad omnem divinationem probationem habet; in omni negotio portatus adauget substantiam et corpore et sermone.

Sardius viginti hordei granorum pondus portans, si in collo fuerit suspensus vel in digito portatus, non videbit terribilia seu timorosa in somniis, et incantationes et maleficia non timebit.

Chrysolithus omne genus serpentinum fugat, lapis spissus et lucidus similis auro. Hic applicatus ad rasuram auri, lavatus, phylacterium tutamentum (f. tulissimum) est ad nocturnos timores, transjectus setis asininis, alligatus in sinistro brachio demonia vincit. Est enim super (35). . . . et amoris et justitiæ. Facit autem advenam susceptum, et eloquentem, et gratiosum et amabilem ab his qui eum vident, et omnia ei aperit. Juvat etiam ad indignationem oculorum.

Beryllus lapis est magnus et lucidus. Sculpe in eolocustam marinam et sub pedibus ejus corniciam, et sub gemma pone herbinam modico auro inclusam consecrata gestato (36) esse (36*) malorum omnium victorem facit, et ad oculorum vitia omnem valetudinem tribuit, et si hunc lapidem in aqua miseris, et de aqua illa potum dederis, raptum spiritum ac suspiciosum sanabit, et ab hepatis dolore liberabit. Utilis est portatus, et qui hunc lapidem super se habuerit, contra inimicos dimicans victor existet. Invenitur in India similis Smaragdo, sed cum pallore.

Topazius cum ab aliquo fuerit deportatus, nullus ei nocere poterit inimicus. Hoc ad maleficiorum aversionem habere in 1685 domo bonum est.

Jacinthum si quis habuerit in collo suspensum vel in digito, si intret in regionem pestiferam non lædetur, sed potius ab omnibus honorabitur, et ejus petitiones adimplebuntur.

Amethystus, si aqua lavetur, et sterili mulieri detur, continuo concipiet.

Achates mulierem abortivum habentem adjuvat, et cito egredi cogit.

(35*) e eni. sup. ipam q̄ tris est ocul'7. amoris 7 justicie.

(36) r̄o ouing.

(36*) Cum e nullis horum caracterum et verborum interpretationibus quæ aut a peritioribus in his divinandis, aut a nobis potuerunt excogitari, nulla no-

Sardius bonus est portatus, a mulieribus amabilis est. Sculpe in eo vineam et haederam involutam.

Onychinum si quis habuerit, videns visionem interpretari valebit.

Corneolus in collo vel digito portatus mitigat iram et contentionem.

Casteis aptus libertati (37). Nam qui consecraverit eum, et perfecit quæ in eo fieri debent omnia impetrabit libertatem. Oportet autem sic peritiam adeptum lapidem. Sculpe in eo scarabæum, deinde sub ventre ejus stantem postea protundatur in longitudinem, et cum aurea fibula consecratur, et in loco preparato et ornato positus ostendet gloriam quam ei Deus concessit.

In jaspide ergo fidei viriditas designatur. In saphiro spei cælestis altitudo; in Chalcedone flamma charitatis internæ figuratur: in smaragdo autem ejusdem fidei fortis inter adversa confessio: in sardonice sanctorum inter virtutes humilitas; in sardio reverendus martyrum cruor exprimitur: in chrysolitho vero spiritualis inter 1686 miracula prædicatio: in beryllo, prædicantium perfecta operatio: in topazio eorumdem ardens contemplatio: in chrysopraso beatorum martyrum opus pariter præmium; in hyacintho doctorum cælestis ad alta sublevatio et propter infirmos humilis ad humanam descensio. In Amethysto cælestis semper regni a humilium animo memoria designatur (Apoc. xxi, 19) Itaque singuli lapides pretiosi singulis sunt fundamentis deputati, quia licet sint omnes perfecti quibus civitas Dei nomen in monte Sancto est ornatur atque fundatur, spiritualis tamen gratia sunt luce fulgentes.

Subsequuntur deinde sexdecim versus veteri Gallico idiomate eadem manu et scripturæ formæ exarati, sic:

ICI SONT NUME LES DUXE PIÈRES
 KI SONT TENUES AS PLUS CHÈRES,
 JASPE, SAPHIR, CALCEDOINE;
 SMARAGDE, SARDONICE, E SARDE;
 CHRYSOLIT, BERYL, E TOPIACE;
 CHRYSOPRAS, JACINT, E AMETISTE;
 DE SAINTS UNES PORTENT FIGURE,
 KI DEU SERVENT SEN POUR,
 TUTES MANER: S DE SAINTELE,
 UNT A UNES FIGURE,
 KI A DEU VOLDRA SERVIR,
 CUMIDES PIÈRES CUTES CLARZUR,
 EN LA C'ITÉ DEU SERA POSÉ.
 E EL FUNDAMENT BIEN ALLOÉ,
 EN VISTUN DE PAIS REPOSERA,
 EN LAQUEL SENFIN JOIR PORRA.

his occurrerit quæ ad auctoris sensum accederet, malivimus illa graphice figurata sicut et duo versus sequentia sagacitati lectoris feliciter offerre, quas non intellecta subijcere.

(37) Sic exacte in ipso ms.

Deinde in altero folio sequenti sic habetur :

Hic sunt intitulata nomina lapidum pretiosorum quorum virtutes et naturæ in isto Lapidario declarantur. Primo dicitur :

| LATINE. | GALLICE. | A | Ematite. |
|-----------------|--------------------|---------------------------|-----------------------------|
| De adamante. | <i>Aimant.</i> | De ematithe. | <i>Abestos.</i> |
| De achate. | <i>Acute.</i> | De abesto. | <i>Peunite.</i> |
| De allectorio. | <i>Allecloire.</i> | De peanite. | <i>Sade.</i> |
| De jaspide. | <i>Jaspe.</i> | De sada. | <i>Medus.</i> |
| De sapphiro. | <i>Saphir.</i> | De medo. | <i>Geluce.</i> |
| De chulcedone. | <i>Calcedoine.</i> | De gelacia. | <i>Exacantalito.</i> |
| De smaragdo. | <i>Smaragde.</i> | De exacantalito. | <i>Chalonite.</i> |
| De sardonice. | <i>Sardoine.</i> | De chelonite. | <i>Praxino.</i> |
| De onyca. | <i>Onix.</i> | De prazo. | <i>Cristal.</i> |
| De sardin. | <i>Sardoine.</i> | De crystallo. | <i>Gulatide.</i> |
| De chrysolitho. | <i>Crisolite.</i> | De galatida. | <i>Orite.</i> |
| De beryllo. | <i>B-ryl.</i> | De orite. | <i>Hyena.</i> |
| De topazio. | <i>Topace.</i> | De hyena. | <i>Liparde.</i> |
| De hyacintho. | <i>Jugunde.</i> | De lipara. | <i>Enidros.</i> |
| De chrysopraso. | <i>Crisopras.</i> | 1687-88 De inidro. | <i>Iris.</i> |
| De amethysto. | <i>Amethyste.</i> | De iri. | <i>Androdragma.</i> |
| De celidonio. | <i>Celidone.</i> | De androdragma. | <i>Optale.</i> |
| De gagate. | <i>Jaspe.</i> | De optallio. | <i>Margarite al. Perle.</i> |
| De magnete. | <i>Magnete.</i> | De margaritis. | <i>Panthere.</i> |
| De corallo. | <i>Coral.</i> | De pantheron. | <i>Absicte.</i> |
| De almandina. | <i>Almandine.</i> | De absicte. | <i>Calcosanos.</i> |
| De corneolo. | <i>Corneole.</i> | De calcosano. | <i>Melochite.</i> |
| De carbunculo. | <i>Charbuncle.</i> | De melachite. | <i>Gegolitus.</i> |
| De lignio. | <i>Ligurium.</i> | De gegolito. | <i>Pyrite.</i> |
| De Echte. | <i>Echte.</i> | De pyrite. | <i>Diacodo.</i> |
| De silenite. | <i>Silenite.</i> | De diacodo. | <i>Dicnse.</i> |
| De gazatromea. | <i>Gazatromea.</i> | De dionysia. | <i>Chriselectre.</i> |
| De ceraunia. | <i>Ceraunie.</i> | De chriselectro. | <i>Chrisopuce.</i> |
| De electropia. | <i>Electrope.</i> | De chrisoprasio. | |
| De gerachite. | <i>Gerachite.</i> | | |
| De epistite. | <i>Epistite.</i> | | |

Sunt hic supra enumerat lxi lapides pretiosi.

Versus sequentes excerpti sunt ex Dactylothea Abrahami Gorkæi, excusa Lugduni Batavorum an. 1695 cum explicationibus Jacobi Gronovii, ubi sub finem invenitur liber de Gemmis sub hoc titulo: *Marbodæi Galli poetæ vetusti Carmen de Gemmis seu Lapidibus pretiosis*. Unde autem desumptum fuerit, nullum omnino nec Gorkæi, nec Gronovii manuscriptum designant. Ante vero carmen ipsum ibidem inveniuntur, quasi vice præfationis, duæ epistolæ Evæis ad Tiberium imperatorem quarum hic tenores.

Salutem dixit Tiberio Evax.

Desideranti tibi scribi a me mysteria omnium Lapidum quæ generi humano ea sapienti prodesse videantur, negandum tibi non fuit. Tu itaque custodit summa diligentia mysterium summi altissimique Dei. Hoc enim mysterium cæteris gentibus incognitum, Ægyptiis vero cognitum, neque ἀλλοεῖλοις neque aliis hostibus tradideris, ne unquam ad sterilitatem hujus scientiæ deveniat Ægyptus, et ne eadem per aliquem concremata, incendio conflagretur, aut immissa in Ægyptum regibus servos efficiat omnes Ægyptiis dominantes. Hic enim aliis traditurus non est, et ne alii sua potestate detineant, perpetua custodia habeatur. Juro autem tibi per sum-

Cum Deum quod parem melioremve librum Ægyptus non habet. Cujus jurationis testis est summus Deus. Mittam enim libri bonum scilicet nomen, per quod genus noscetur. Igitur perpetuo custodiatur in nobis. Præstat enim multum in omnibus actionibus per singulas hierarchias quas Græci vocant omnium lapidum. Vale.

Evax Tiberio imperatori salutem.

Magnifica tua dona accepi per centurionem Lucium Frontonem nomine, quem dignatus es mittere ad me. Et ego tibi invicem misi quodcumque charius per terram in Orientis partibus de omnibus lapidibus remediorum nomen existit. Vale.

MARBODÆI SIVE POTIUS INCERTI AUCTORIS

Versus aliquot hactenus desiderati.

(Ex editione Gorkæi Lugduni Batavorum anni 1695, cum notis Gronovii sub finem ejus Dactylothece)

Capnities specula crystallinus optima gemma.
Facundos faciens, curansque potenter hydropem
Magna sui gerulie est virtus et medicina.

Reddit formosos, et cunctas mitigat iras.
Pellit et ipse metus, sit gratia se comitanti.

Maena salus oculis ophthalmus esse probatur.
Sed iures utuntur eo, et quos nemo tenere
Hoc presente potest, cur hoc sit, noverit auctor.

Ob-ianus lapis est, incerta repellere, semper
Somnia qui potuit, securus eo comitante,
Qui dormire potest, non illum somnia fallunt.

Ignites lapis est, cui subvitreus color esse
Cernitur, et mundus, qui fluxum sanguinis omnem
Stringere consuevit, tantum sit fronte ligatus.

Infirmos aliena loqui vetat hæc quoque gemma;
Verrucas, nervosque fugat, etygesque malignas
A pueris arceat, quorum sitiare creorem.

Conflagrare vides incendia forte domorum,
Si tamen hunc adhibes, incendia sponte quiescunt

Diadochos specie, similisque colore Berillo.

Plus omni speculo probat effigies speculantum:

Et nullas lapidum tantum medicatur adustus.

Illic ubi defunctis adhibetur, sistere tertor.

A virtute sua, sit hebes, neque lenit adustus.

Exebenus lapis est albus, satis et speciosus.

Hæc gemma manus aurificum dum lymphidat aurum,

Nil magis appetit, nil illi charius illa,

Hæc valet ad stomachum, si sit conspersio facta

Cum vino vel aqua fractæ de pulvere gemmæ.

Novit et exebeni vires insanus et amens.

Conservat partum, cito liberat et parientem.

Si dextro femori connexus erit parientis.

Lingurum prægnans, lingorum si gerat infans,

Mors suo minus ut timeant, lingurus habebit.

Regius et morbos linguro vincitur hausto,

Si teris in vino permisto pulvere gemmæ.

Daphnius eximius facit ut lymphaticus omnis

Se presente statim mereatur habere salutem,

Daphnius assuerit requiem dare demoniosis.

Daphnius ad fluxum valet et compescit hydropem

Mennonius morbos, languores atque tumores,

Virtus [virus] et omne fugans inimicitiasque re-
[pellens,

1689 Facundum reddit firmum facit atque fidelem

Quemque sui gerulum: vicerunt prælia reges.

Evasero semen caulis capitulibus acti,

Præside memento, quem qui gerit effugit iras.

Navita naufragum nunquam timet hoc comitante.

Ipsi galactiton lapidem natura vocavit,

Hæc a lacte trahens Græcum simul atque Latinum.

Lac utrumque sonans, in eodem nomine junges.

A Namque γάλαξ Græce, lac dicimus esso Latine,
Femina dicens a lacte per hanc sibi gemmam
Lac suffire potest, cum mulso pulvere sumpto.
Contriti lapidis si femina respuit haustum,
Vellus ovis gravidæ collo circumliget illa,
Sic galactites super udo vellere sparsus,
Mox plenis puer uberibus lac sugere quibit.

Oloatem lapidem si quis venator habebit,
Si latro, si raptor lapidem gestaverit illum,
Pro votis succedet eis: quanquam pietatis
Officiis careat, nec erit culpabilis actor
Naturæ laudumque Deus, qui nil sine causa
Efficit in rebus, cujus sunt omnia facta
Ponderis et numeri mansuræ subdita legi.

Frons onagri, vel frons usini plerumque tumes-
[cens],

Pert lapidem quandoque suum, qui pota venena
Atque venenosos fertur compescere morsus,
Hunc in aqua radens, ut aquam pallere videbis,

B 1690 Mox evasuro dano ne tardes patienti.

Hunc nuce majorem forma crispante videbis

Atque superficiei pullescere, non renitere.

leim celestem tricolor lapis est imitatus,

Nomine trisutes, juris facit esse peritos

Iste sui gerulos, regum digitos decet ergo.

Nascitur in Phrygia Phrygius, sed hic est quasi
[pumex],

Pumice sed gravior: facit hunc perfusio vini

Follibus alflatum procul ignis viribus uri,

Et velut ignitum candescere sive rubere,

Fertur et exstingui perlusus noctare tantum;

Utilis iste lapis tingendis vestibus esse

Dicitur a Phrygiis fullonibus, hi quoque peraptus.

Sarcophagus lapis est, qui mortua corpora fertur

Ferre quater denis consumere posse diebus.

Hujus apud Trojam reperitur plurima vena.

Ejusdem generis sunt plurima saxa reperta,

Quæque etiam erodunt vivontia corpora tacte,
Et minus observant, quæcumque cadavera clau-
[dunt.

Copia dat vilem, licet insignem specularum:

Hunc primum lapidem terris Hispania misit,

Nunc legimus multis regionibus hunc reperiri,

His effossus humo, sic lisi is extenuatur

Quaslibet incrustas, ut vitro tenuior omni

Cernatur, neque jam nisi vitrum credere possis

DIPLOMATA A MARBODO CONCESSA.

I.

(Hist. ms. Majoris Monasterii, auct. D. MARTENIO. D
t. II, p. 38.)

*Marbodus episcopus Redonensis Majori Monasterio
donat ecclesiam Aienici et dimidium presbyterat-
us ecclesie Martiniaci.*

Quia tempora celeri cursu labantur, et præterito-
rum recordatio silentio perit, necesse est ut quæ
memoriter teneri volumus litterarum tenori com-
mendemus. Ille reo ego Marbodus Dei gratia Redo-
nensis episcopus, respectum habens animæ meæ et
orationibus iustorum indigens scribo posteris meis,
quia fratribus et amicis ecclesie nostræ monachis
Majoris Monasterii, de quorum orationibus confido,
concessi, et donavi ecclesiam Aienici et dimi-
dium presbyteratum ecclesie Martiniaci, quas

D Guingeniensis quidam sacerdos hæreditario jure te-
nerat, et moriens ipsis monachis dederat, salvo
canonica reverentia et jure episcopali; salvis nihi-
lominus consuetis redditibus sanctæ matris Ecclesie
Redonensis. Abbas autem Willelmus cum de ipsis
ecclesiis manueva fuisset investitus, redonavit eas
Rogerio archidiacono nostro, quandiu ipse Rogerius
viveret, libere et quiete obtinendas; ita tamen ut
Rogerius episcopo universos redditus ecclesiarum
persolveret, et monachis nullam prorsus facere
portionem. Hujus autem rei testes sunt, de mona-
chis: Willelmus, prior, Gilo filius Ansqutilli, An-
dreas de Gomez, Mido, Evenus bajulus. De cano-
nicis: Biso archidiaconus, Rannulfus, capellanus
Rainulfus prætor et alii multi.